



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117824**

§. 54. Anthimus deponitur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](#)

Sæculum VI. re statuit. Imperatore atque Imperatrici  
A.C. 536.

rogantibus, ut Anthimi Salutationem  
admitteret, & in Communionem recipie-  
ret, utrumque se facturum promisit Pa-  
pa, si modo Anthimus Fidei Confessio-  
nem manu sua scriptam, & Catholicam  
traderet, & ad Sedem suam Trapezunti-  
nam reverteretur; *impossibile enim est,*  
*inquietabat, ut translatius homo in Sede*  
*Constantinopolitana permaneat.* Impe-  
ratrix secreto magna munera Papæ offe-  
rebat, minas etiam intentabat; sed Aga-  
pitus in Sententia stetit immotus. Imo  
Imperatori persuasit, ut Anthimum depo-  
ni juberet, qui Severo Auctore Sedem  
Constantinopolitanam relinquere, quam  
Fidei Catholicæ Professionem dare maluit.

*Evagr. IV. hist. c. II.* Id quippe suo instinctu factum Severus  
in epistolis suis ad Theodosium Alexan-  
drinum gloriabatur.

#### §. LIV.

#### *Anthimus deponitur.*

*Eiber. c. 21.* Anthimus ad Concilium, quod Papa ad  
eum judicandum Constantinopoli ce-  
lebravit, venire recusans, depositus est, (\*)  
& Pallium suum Imperatori reddidit, dis-  
cessitque in locum, ubi eum Imperatrix  
suo

---

(\*) Hoc solo exemplo satis refutantur dicen-  
tes, nullam fuisse Romanorum Pontificum Con-  
stantinopoli Auctoritatem.

suo Patrocinio tueretur. Cum Anthi-Sæculum VI.  
mo Severus, Petrus & Zoara damnati. A.C 536.  
Pulso Anthimo Episcopus Constantino-  
politanus electus est Mennas Alexandriæ Libell. to. 5.  
Conc. p. 14.  
natus, magni Nosocomii S. Samsonis  
Constantinopoli Præpositus, Catholi-  
cus, Concilium Calcedonense recipiens,  
Scientia & Morum integritate insignis.  
Eum Imperator omnibus Clericis &  
Populo applaudente delegit, & Papa  
suis manibus in Ecclesia S. Mariæ con-  
secravit.

Agapitus Papa, data Epistola Syno-  
dali ad Petrum Patriarcham Jerosolymi-  
tanum, quæ in hoc Concilio egisset, edo-  
cuit. *Cum ad Imperatoris Aulam, in-*  
*to. 5. p. 417.*  
*quit, pervenissimus, Sedem Constantino-*  
*politanam ab Anthimo Episcopo Trapezun-*  
*tino usurpatam vidimus. Imo idem erro-*  
*rem Eutychis abjicere recusavit. Quam-*  
*obrem, postquam Pænitentiæ tempus fru-*  
*stra concessimus, indignum declaramus, qui*  
*Catholicus & Episcopus habeatur, donec*  
*Doctrinam Patrum integre receperit.*  
*Alii quoque, quos Sancta Sedes damnavit,*  
*tibi rejiciendi sunt. Multum admirati-*  
*sumus, tibi hanc injuriam Sedi Constanti-*  
*nopolitanæ illatam probatam fuisse, cum*  
*potius ea ad nos deferre oportuisset. Sed*  
*jam hoc vitium delevimus, dum ordina-*  
*vimus Mennam ex Orientali Ecclesia*  
*Hist. Eccles. Tom. VII. Nn pri-*

Sæculum VI. primum, (\*) a Nostra Sede ordinatum.

A.C. 536. Tum Episcopi Orientis Papæ, quem Pa-

tio. 5. Conc. trem Patrum & Patriarcham appellant,

p. 38. Libellum supplicem tradiderunt, in quo

Papa Con-Severum accusant, quod Gentilium My-

stantinopoli. steriis fuisset initiatu*s*, Doctrinam Euty-

chis & Manetis seminasset, Sanctorum San-

guinem in Oriente seditiosorum Judæo-

rum manibus & opera effudisset. Etiam

de Petro Apamensi & Zoara conquerun-

tur, quos speciatim ignorantiae & vitæ li-

centiosæ incusant, & orationem claudunt

rogando, ut Ecclesia ab his Hæreticis li-

beretur, Edictum Imperatoris petatur,

quod Scripta ipsorum flammis tradi ju-

beat, atque Sententia in Anthimum pro-

nunciata executioni mandetur. Huic

Libello Episcopi undecim subscripte-

runt, quorum primi sunt Tholassius Be-

ritensis, Megas Bercensis & Joannes Ga-

balensis. Conspiciuntur etiam signa

triginta trium Presbyterorum, Diacono-

rum aut Lectorum a diversis Eccle-

sis

(\*) *Primum a Nostra Sede ordinatum.* hat  
der Deutsche Ueberseizer gegeben: pag. 239. der  
der erste von der Orientalischen Kirche ist,  
und von unserem Stuhle selbst ordiniret wor-  
den. Diese Uebersezung ist falsch. Die Römischen  
Bischöfe haben nicht den Bischof zu Constantinopel  
für den ersten in Orient gehalten, sondern den von  
Alexandria, und nach demselben den von Antiochia.

siis delegatorum. Primo loco Delegati Sæculum VI.  
Antiocheni occurunt.

A.C. 536.

Agapitus Papa alium quoque Libel-  
lum supplicem accepit, quem ipsi Maria-  
nus Presbyter, & Monasteriorum Con-  
stantinopoli Exarchus, tam suo quam et-  
iam aliorum Abbatum ejusdem Civita-  
tis, Jerosolymæ, & Orientis, tunc Con-  
stantinopoli præsentium, nomine tra-  
didit. Papam titulo Archiepiscopi anti-  
quæ Romæ, & Patriarchæ Oecumenici  
honorant. (\*) Accusant Schismaticos  
Acephalos Dioscori & Eutychis Sectato-  
res, quod Conventus agerent, & in hunc  
ferme modum loquuntur: *Virorum Digni-  
tate eminentium Domos ingrediuntur,*  
& suis erroribus fæminas infatuant. Al-  
taria & Baptisteria in ædibus privatis  
Civitatis, & Suburbiorum, erigunt, &  
Palatii tutela confisi, omnes contemnunt.  
Zoaras spretis Imperatoris Legibus, qua-  
cavent, ne Hæretici congregentur, & bap-  
tizent, multos in Festo Paschæ baptizavit,  
atque inter eos, aliquorum liberos nume-  
rare est, qui in Palatio habitant. Tum  
supplices de Depositione Anthimi men-  
tionem faciunt, & petunt, ut Pontifex  
ipsi diem præstituat, qua ad Ecclesiam  
suam Trapezuntinam redeat, & nisi obe-  
diat, ab Episcopatu deponatur, aliisque

to. 5. Conc.

p. 21.

Nn 2                    ordi-

(\*) Quid ad hæc Protestantes?

Sæculum VI. ordinetur. Item petunt, ut Papa ex Ci-  
A. C. 536. vitate Constantinopolitana ejici jubeat  
 tanquam viros jam diu ante damnatos  
 Severum, Petrum & Zoaram pluresque  
 alios Episcopos, Presbyteros & Monachos  
 tam Nestorianos quam Eutychianos, quos  
 suo loco & tempore nominaturi essent.  
 Huic Libello subscripserunt Abbates no-  
 nagiota sex, plerique Constantinopolita-  
 ni aut ex locis circumiacentibus, aliquie  
 ex Palæstina & Syria, nam aliqui litteris  
 Syriacis signarunt. Agapitus Papa hos  
 Libellos ad Imperatorem misit; sed ec-  
 ce! priusquam Res conficeretur, inci-  
 dit in morbum, & mortuus est, 22. April.  
Liber. c. 22. ejusdem anni 536. Pontificatus sui Men-  
 se decimo. Obiit itaque Constantino-  
 poli, cum in eo esset, ut omnia necessa-  
 ria ad redditum suum in Italiam pararet,  
 postquam Pelagium Diaconum Apocri-  
 farii sui munus apud Imperatorem obire  
 jussisset. Corpus ejus Romam transla-  
Lib. Pont. pitus una Ordinatione Diaconos quatuor  
 & Episcopos undecim creavit.

## §. LV.

*Concilium Constantinopolitanum sub  
Menna.*

Imperator Justinianus, ut ea, quæ Aga-  
 pitus inceperat, perficerentur, & Schis-  
 mati-